



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quòd obseruantia praeceptorum retinet beneficia Christi, & quòd Christi gratia facit vt obseruentur praecepta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

niam ergo gratia saluati sumus, Ephes. 2. & gratia Domini nostri Iesu Christi credimus saluari, Act. 15. ideò Fides antè omne opus accipit hæc Christi merita in baptismo. Ex quo patet quòd obseruatio præceptorum sine Fide, vt in Iudæis fit, non facit participes meritorum & operum Christi, nec merentur gratiam iustificationis, sed acceptio & participatio meritorum Christi, iam facta & apprehensa, id est, Gratia Dei hæc facit obseruari præcepta, id est, opera non merentur iustificationis gratiam vel distributionem beneficiorum Christi, sed ipsa gratia iam gratis collata, facit postea obseruantiam præceptorum, sicut merita hominis non meruerunt electionem, de qua dicit Apostolus Ephes. 1. Elegit nos in Christo antè constitutionem mundi antè omne opus nostrum. Sed quia iam gratis electi, vt essemus sancti & bona operaremur: ideò gratia, non merita nostra, primum tenebit locum. Fides ergo antè omnia opera accipit distributionem beneficiorum Christi. Nam hæc distributio fit ex gratia, id est, misericordia propter Christum gratis, non propter nostra merita: & hoc probare maximè nititur Apostolus in omnibus suis Epistolis, præcipuè ad Rò & Gal. 3. ait: Si ex lege est hæreditas aut iustitia, iam non ex promissione. Deus autem Abrahæ promisit, &c.

Iustificatorum opera maximè sunt necessaria ad salutem eo fine, quòd acceptam gratiam & distributionem meritorum Christi in adultis retinent & custodiunt. Nam si obseruantia præceptorum Dei & piorum non sequantur Fidẽ, quæ iam accepit Christi beneficia, tunc non retinetur. Ro. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini: Si autem Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. & Ephes. 5. Hoc scitote, quòd nullus immundus, auarus, &c. & 1. Cor 6. Qui talia faciunt, regnum Dei non possidebunt. Ergo in illũ finem exiguntur bona opera & obseruatio præceptorum;

ceptorum, vt retineatur iustificatio & accepta Christi beneficia, nō illa primū accipiant, (*fassen*) hoc enim Fidei est officium. Sed quia nihil proderit, accepisse gratiam & beneficium, si non retinetur, quare vt sectæ vrgent, ne acceptionem beneficiorū Christi demus operibus, sed fidei antè omne opus: ita nos vrgemus & exigimus opera bona & obseruantiam præceptorum ad retentionem meritorum Christi, ne illa denuò deperderentur, grauius & peius quiddam nobis contingat Ioan. 5. Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Differunt hæc duo verba, accipere & retinere. Primum fidei tribuitur, alterum obseruantie præceptorum vel dilectioni. Insuper pia opera nedū retinent Christi beneficia, sed & sua habent præmia, in hac & post hanc vitam 1. Corinth. 3. Vnusquisq; mercedem accipiet secundū suum laborem: Mat. 16. Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundū opera eius. Feroentem quoque carnem subiugant, sunt q; sacrificia nostra in laudē & gratiarū actionem. Et hoc quoque notandum est, vt cautè audiatur quòd Fides accipiat distributionem: Nam hoc de Fide viua, quæ adiunctā habet pœnitentiam, quæ non excluditur, intelligendū est. Deindè, quòd necessariò sequi debet obedientia legis & obseruatio præceptorum, in quòd non subsistamus in sola illa fiducia sine obedientia legis: hæc esset inanis & sterilis fiducia, &c. Summa, vita nostra corporalis gratis accipitur sine merito, & hæc per cibum & potum retinetur: cibus & potus non dant vitam, sed retinent. Sic Fides gratis accipit vitam spiritualem & distributionem meritorum Christi, sed opera sequentia retinent: vt vita non retinetur sine cibo, sic nec iustificatio sine operibus & præceptum est Apostoli, 2. Cor. 6. ne gratiam Dei in vanum suscipiamus. Notandū item, quòd scriptura

sep
vult
tur
ferri

1,

2.

3.

S

toti m
tat Ap
buat i
distrib
dit. Na
petrat
Satha
de acc
Christi
sic cre
partic
mihi p
Christi
ram ne
stum c
deò tā
exigun

fap

sæpè dicit, timore Christi, charitate Christi, &c. Hoc vult, quòd Deus Christus ppter semetipsum diligatur & timeatur potiùs, quàm propter cœlum aut infernum, vt ipse nobis plus sit quàm eius dona.

CAPVT XXVI.

ARGVMENTA.

1. *Quare Christus post resurrectionem tam sæpe salutatur Apostolos pace, & optat illis.*
2. *Quibus modis & vijs Christus sit pax nostra, quando in pressura mundi viuimus.*
3. *Quòd hæc pax conscientie ad carnem non est trahenda.*

Requens fuit in ore Christi hæc salutatio, Pax vobis, id quod patet Ioã 20. Nã quisq; artifex lubens loquitur de opere suo facto: & quoniam Christus opere passionis suæ & natiuitatis impetrauit toti mundo pacem, ideò de illa loquitur, & illa salutatur Apostolos. Facit autem hoc ideò, vt nunc distribuat illam quàm antea impetrauit. Verbo autē illo distribuit pacem, & fides quæ credit verbo, apprehendit. Nã dona Christi non propterea mea sunt, quia impetrata sunt: hac enim ratione essent & Turcarū & Sathanæ: sed quia verbo mihi distribuitur, & à me Fide acceptatur, id est, dum credo quia hoc sic est, quòd Christus mihi veram pacem corā Deo impetrauit: Si sic credidero, donum oblatum recipio, & ero & sum particeps: sin incredulus fuero, donum respicio, & nil mihi proderit. Sic maiori parti mundi non proderit Christus, eò quòd non credunt illius mortem esse vitam nostram & pacē. i. Cor. i. Nos prædicamus Christum crucifixum, &c. vocatis sanctis, Dei virtutem: Ideò tam maximè vrgent Euangelistæ & præ omnibus exigunt Fidem in Christum ppter distributionē. Distribuit